



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae

Mallinckrodt, Bernhard von  
Monasteri[i] Westphaliae, 1640

Lvdovicvs Ivnior, Rex German.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11835**

compendia eorundem; quorum prius Regnibertus Diaconus, alterum *Radleicus.*  
 Dominicus Notarius Radleici vice recognouit; hoc tertio, præcedens *Regniber-*  
 quintodecimo regni eius annis. Anno 26 regni eiusdem Regis, V Viggarius *tus. Domi-*  
 Cancellarius reperitur; cuius vice literas Ludouici, datas Monasterio Her- *nicus.*  
 uordienfi in Westphaliâ, super donatione *Kasarum Dominatarum*, vt habent *VVigga-*  
 formalia literarum, cum territorio dominicali in Silihem & Stochem, (loca sunt *rius.*  
 diœcesis Monasteriensis) in pagis Dreni & Borkoro, Comitibus Burchardi &  
 VVarini, Albertus Subdiaconus, quem cum modò memorato Adalberto *Albertus.*  
 Notario eundem censeo, signauit. Extant literæ illæ in Archiuo Abbatia præ-  
 dictæ. Deinceps Radlareus (is tamen possit cum prædicto Auentini Rad- *Radlareus.*  
 leico idem fuisse) sequitur; cuius nomine notatas reperimus Ludouici Regis  
 literas, ab Huberto datas, an. regni eius 29, Hungero Episcopo Vltraiectino, *Hubertus.*  
 apud Miræum *lib. 2. Donation. c. 12.* Hungerus ille, vt ex Chronicis Vltraiecti-  
 nis docet Compiler magni Chronici Belgici, à Pistorio editi, anno Imperij  
 Lotharij Imp. 14; qui incidit in annum Christi, non, vt illic vitiosè legitur, *Rabanus*  
 824, sed 854; sedere orsus est, præfuitque annis 13. Sed & Rabanus, Archi- *Archi-*  
 Episcopus Moguntinus, Ludouici Regis Archi-Capellanus fuisse videtur: *Episcopus*  
 Rabani enim nomine literas eius recognouit Comeatus; vt scribit, nescio *Mogunti-*  
 cuius fide, Windeck *de Elector. cap. 12.* *nus.*  
*Com. eantue.*

## LVDVICVS IUNIOR, REX GERMAN.

**S**ub senioris Regis Ludouici cognomine filio, Liudbertus Archi-Episco-  
 pus Moguntinus Archi-Cancellariatu functus est, vt vidimus suprà in Ca-  
 rolo Crasso; poteruntque huc repeti, quæ illic dicta sunt. Post illum se offert  
 Vdalricus Archi-Cancellarius; sub quo Gezo Cancellarium egit. vtriusque *Vdalricus*  
 meminit liber Donationum Miræi cap. 23. quos similiter magis puto ad Lu- *Archi-*  
 douicum iuniorem, quàm patrem eius pertinere: ita enim subscriptio habet *Episcopus.*  
 literarum, quibus *VVasia* siue *VVasda* (Flandriæ regiuncula est, Antverpiæ  
 vicina) Theodoro Comiti (Hollandiæ) donatur: Gezo Cancellarius ad *Gezo.*  
 vicem Vthelrici (lectio marginis habet Otheldrici) Archi-Episco-  
 pi summique Cancellarij recognouit & subscripsit. Datum  
 anno Domini 868. Idus Aprilis, regnante Domino Lothovvi-  
 co anno 14. Eadem literæ repetuntur in Notitiâ Ecclesiarum Belgij c. 47;  
 vbi in notis sequentia Miræus: *Duo fuerunt Ludouici, Reges Germaniæ; & vtrique*  
*uxor fuit nomine Hemma siue Emma. Prior an. 876; posterior anno 912 obiit. Ad neu-*  
*trum*



trum pertinent prædictæ literæ; sed ad illum, quem iuniorem dixi, senioris filium, qui decessit an. 882, vt Regino scribit; quiq̃ue vxorem habuit Luidgardam Saxoniam, quam Cuspinianus alijq̃ue Ludouico Imp. Arnulphi filio non rectè sociant. Nihil autem causæ habuit prædictus Diplomatum editor, cur ad cap. 23 Codicis Donat. sequentia adnotaret: *Ceterum illud Ludouici Diploma mihi suspectum est; quòd ipsi titulus Augusti, aut Imperatoris non tribuatur.* Vthelricus ille cuius Sedis Archi-præsul fuerit, hæcenus reperire nequiu. Hæc autem subscriptio nos docet, quod nescio an apud aliquem Chronographorum memoretur, Ludouicum iuniorem, anno paterni regni 28, in partem sollicitudinis receptum esse; & in inferiori Orientali Francia, id est, Saxonia vicinisq̃ue regionibus, regnare cœpisse. Hanc autem è paternis ditionibus partem tenuisse Ludouicum, Annales Reginonis abundè docent. Præmissa inde probantur, quòd annus Christi nati, qui adscribitur, 868, regni senioris Ludouici quadragesimus secundus sit; ideoque dubitari non debet, illius Diplomatis largitorem non alium, quàm filium esse. Occasio autem & causa, vt id simul attingam, quæ Ludouicum patrem permouisse potuit, an. 854 (in illum enim incidunt primordia regiminis prædicti iunioris Ludouici) filium in regni consortium recipiendi; videtur fuisse expeditio Aquitanica: quòd missus eo ipso anno fuit, spe defectionis subditorum à Carolo Caluo, Rege suo. re autem infectâ inde redijt; quòd expectatione minorem illic bene rem gerendi occasionem inuenisset, vt in *Pithæanis & Fuldensibus* Freheri annalibus legere datur. Vel igitur ante profectionem Rex declaratus fuit, venerationis augendæ ergò; vel in solatium repulsæ & confusionis, postmodum, cùm peregrè non potuisset, in patria regnare iussus est. Accedit & alia coniectura, cur seniori Ludouico prædictum Diploma adscribi non debeat; eò quòd annos nati Christi subscriptos habeat, quod in illius Regis literis, quarum data non nisi annis regni vbique insignitur, insolens est; ac nullibi, quod hæcenus compererim, reperitur. quâ in re stilum Cancellariæ paternæ secutus fuit: nam & ab Imp. Ludouici Pij Diplomatum Æra Christiana regulariter & communiter abest.

Porro Cancellarij memorati *Gezon's*, siue Gifonis nomen, idem videtur esse cum Gifelberti siue Gisberti. Tralatitium enim istis temporibus & vsitatissimum fuit, Germanica nomina, quæ nobis abbreviare, & in monosyllaba contrahere, olim & hodie familiare & frequentissimum est, in Latinum quoque sermonem, terminatione conuenienti emollita, recipere. Hinc *Bernones, Sunzones, Bennones, Gozzones*; indeque per diminutionem factos *Gozelinos, Hezones ac Hezilinos, Menzones, Gunzones, Arnones, Hannones, Buccones, Luz-*  
zones,



zones, Eppones, Rothones, Nixones, Ranones, VVulpones siue VVulfones, passim apud antiquos Scriptores reperias: qui cum Bernardis, Sunderoldis, Benedictis, Godofridis, Henricis, Meinhardis, Gundobaldis siue Gundakarijs, Arnoldis, Iohann. Burchardis, Ludouicis, siue Luitprandis, Eberhardis, Rothardis, Nithardis, Reginoldis, VVolfgangis ijdem sunt. Gezonis eodem nomine, Othonis I tempore, Tortonenfis Episcopus fuit, qui subscripsit cum alijs multis literas eius, quibus Apostolica Sedi regalia confirmat, tom.3. Concil. part.2 pag.151. Sed ad propositum post diuagationem me recipio.

## CAROLOMANVS REX.

**A**Lter Ludouici filiorum, de quibus hinc extra Casarum numerum agimus, Carolomanus fuit, (de tertio enim Carolo, qui imperauit, inter Carolinae stirpis Casares iam dictum est) Boiariorum Rex, Arnulphi Imp. parens; sub quo Baldonem inuenio in literis, Octinganae veteri Capellae, *Baldo Frising Episcopus.* praecipua a tot iam seculis hodieque venerationis, & religiosarum peregrinationum, miraculorumque frequentia nominatissima, concessis, apud Gevvold. in addit. ad Metrop. Hundj, tom. 3, pag. 61. Illarum subscriptio sic habet: Mandalvvinus Notarius ad vicem Baldonis Cancellarij recognoui. Datae VI. Kal. Mart. an. Christo propitio, primo regni Domini Carolomani, Serenissimi Regis Boiorum, &c. an. Chr. 876. Videndum an non Baldo hic sit eius temporis Frisingensis Episcopus; quem supra in Carolo Crasso VValthonem siue VValdonem vocari *Theodmarus Salisburgensis Archiepiscopus.* vidimus: qua de re satis liquere crediderim. Praeter hunc Theodmarus se offert, Salisburgensis Praesul, (septimus ab Arnone, primo Iuvaviensi Archi-Episcopo, fratre B. Alcuini Abbatis, Caroli Magni praceptoris, a quo Aquila nominatur) \* qui quem sub Arnulpho, & filio eius Ludouico, gessit *\* vid. Epist. Alcuini 66, 78, & 104.* Archi-Cancellariatum, iam antea sub hoc eorum Auo Patreque Carolomano obiuerat. Testis eius rei idem Gevvoldus, in praedictis additionibus; vbi literae Carolomani hoc modo subscriptae leguntur: Mandalvvinus Notarius ad vicem Theodmari recognoui. Datae V. Id. Sept. anno Christ. propit. tertio regni Domini Carolomani Regis in Boiaria, & primo in Italiâ, DCCCLXXVIII. Apud eundem Gevvoldum etiam sequens recognitio extat: quam ideo addo, ne quis de Archi-Capellanatu eius etiam sub Carolomano obito, dubitare possit: Baldo Cancellarius ad vicem Diotmari recog. an. primo regni Carolomani,

D

mani,